ſario et inuiti deſcendūt in ꝓfundū inferni eſtimatus ſum etiā ab eis ſicut hō ſimpliciter ſine adiutorio cuȝ tñ īter mortuos eſſem liber a coactione ⁊ liber ab omni peccato.

Eſtimatus etiam ſum ab eis Sicut alij vulnerati dormientes ſomno mortis in ſepulcris, quoꝝ nō eſt memoria amplius vt ad bonū reſurgant et ipſi q̄ talem me exiſtimauerunt repulſi ſunt o deus a protectōne tua q̄ me ſine adiutorio tuo eſſe putauerūt.

Poſuerunt me reputatione ſua in lacu inferiori putauerūt enī me dignuȝ q̄ in talem deberem deſcendere locū. et in tenebris et vmbra mortis. i. in tenebris obliuionis derelictū queȝ nemo requireret nemo ſaluaret eſtimauerūt me poſuiſſe.

Arbitrati ſunt iudei q̄ Super me cōfirmatus eſſet furor tuus credētes q̄ ex ira tua ad paſſionis pericula perueniſſem. et ampliſſimas indignationes tuaſ putant te induxiſſe ſuper me cū me ꝑtuleris crucifigi.

Quomodo aūt amici eiꝰ in paſſione ſua ſe habuerunt dicit. Longe feciſti eos quibus notus eram. ſcȝ diſcipulos q̄ me relicto fugerūt poſuerūt iudei me abominatōnem ſibi ita vt nomen meū nollent audire.

Traditus ſum a proditore diſciplo et non egrediebar ad vindictā. oſtēdendo potentiam diuinitatis mee. et oculi mei id eſt. apoſtoli infirmati ſunt ita vt petrus negaret et alij fugerent. et h̄ ꝑ inopia veri luminis et intelligentie ſcp̄turaꝝ ſacrarū. q̄ dicebant oportere pati xp̄um et reſurgere a mortuis.

Clamaui ad te domine in cruce hely hely et cetera ſic tradidi ſpiritum operationes aūt meas expandi ꝑ caritateȝ ad te ad tuam ſemper referendo voluntatem.

Oſtendit quibus non proſunt opera ſua dicens. Nunquid mortuis corde ⁊ obſtinatis in malo facies mirabilia certe non q̄ꝛ credere nolunt aut medici ſuſcitabunt mortuos et illi cōfitebūtur tibi. ꝯfeſſione laudis. certe non.

Nunquid narrabit aliquis. q̄ꝛ diu aīa ſua mortua peccatis iacet in ſepulchro corporis ſui miſcdiam tuam q̄ relaxāt peccata. certe non. et veritatem tuam narrabit qui inter perditos computatur.

Nunquid cognoſcentur in tenebris mirabilia tua. i. peccatoribꝰ obſtinatis tenebris ignorantie et erroꝝ obtenebratis. certe non. impediente h̄ eorum malicia. ꝑtermittentes enī deū ſapientie lumina ꝑdiderunt. et iuſticia tua non coletur per reprobos homines. qui iniquitatuȝ ſuarum merito obliti ſunt deum.

Et ego ad te clamaui qui potens es mortuos reſuſcitare. mane oratio mea preueniet te. q̄ꝛ matutina reſurrectione me clarificabis.

Vt quid domine repellis orationē meam. auertis faciem tuam a me. vt tranſeat calix iſte.

Ego pro tui obedientia a tēpe carnis aſſūpte Pauper ſum et in laboribꝰ a iuuentute mea exaltatuſ in cruce humiliatus in ſepulcro. et conturbatus in morte.

In me tranſierūt afflictiōes tue quas tua voluntate non mea culpa patior tranſierunt dico. non ꝑtiterunt et terrores indignationis tue contra humanū genus conturbauerunt infirmitatē carnis mee quoniaȝ ex obedientia tua languores eoꝝ ego tuli. et dolores eorum ego portaui.

Circūdederunt me iudei inundantia grauiū ꝑſecutionū. circūdederunt me ſimul phariſei cum ſacerdotibꝰ Pilatus cū ꝑncipibus et populis.

Elōgaſti a me amicū cetū apoſtoloꝝ et proximū qui mihi aliquaȝ faceret miſericordiaȝ et notos meos a miſeria. mea ita vt nullꝰ auxiliū ferre mihi poſſet.

Pſalmꝰ. LXXXVIII. in quo mo

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

net vt ſpem nō in nobis ſed in deo
ponamus.

¶ Vox prophete.

MIſericordias do
mini in eternū cantabo eas
ſcꝫ quibus hominē peccato mor
tuum viſitare dignatus eſt per filiū ſuū

¶ Propheta. miſericordias domini can=
tabo de reparatione humani generis. que
eterna ſtabilitate conſiſtūt et perpetuis ſūt
celebrande p̄conijs. fecit enim mirabilē in
humano genere pietatem vt qđ perierat re
quireret et vulnerata ſanaret.

¶ In generatione iudeoꝝ et ī gene=
ratione gentium annunciabo com=
pletionem promiſſionum ſuarū in
ore meo in ꝗ fit ꝯfeſſio ad ſalutem.

¶ Cantabo ſecurus miſericordias Quo
niam tu dixiſti mihi per reuelationē
ſpiritusſancti ꝙ in eternum miſericor
dia edificabitur remiſſio peccatoꝝ edifi
catur dum corruerint vicia et plantabūtur
virtutes. iſta miſericordia nunꝗ̄ deſtruit
ſed ſemper viget ſemper augetur. per apo=
ſtolos qui celi dicuntur veritas tua pre
dicabitur et exponetur.

¶ Itē dixiſti Diſpoſui ordinaui pactū
non cum omnibus. ſed cum electis me
is euangelicis vt acquiſitos per gratiam
dei populos vel doceant vel informent. iu=
raui chriſto qui ex ſemine dauid carnē
aſſumpſit vſqꝫ in eternū preparabo
ſemen tuum imitatores tue iuſticie pre=
parabo ad eternam et ſemper manſuram
felicitatem.

¶ Et continuabo regnum tuū quo
regas in populo fidelium in omnē ge
nerationem futuram.

¶ Et ſicut dixiſti ita complebitur. vnde
Confitebuntur celi. id eſt. apoſtoli mi
rabilia tua que preparaſti in redemptio
ne humani generis. ſanando omnes infir=
mos et veritatem tuā. id eſt. adimple=
tionem promiſſionum tuarum in eccle=
ſia ſanctorum in qua ſola ſacramenta
fidei prophetarum archana cum deuotio=
ne ſuſcipiuntur et eorum veritas amatur
et colitur.

¶ Securus te laudabo Quoniā quis
in prophetis qui nubes dicūtur aut
de numero alioꝝ ſanctoꝝ equabitur in
potentia domino nullus autē ſimilis
erit domino in ſubſtantia in filijs dei
ſcꝫ in angelis et alijs ſanctis viris. qui ſunt
filij dei per adoptionē. nullus profecto vni=
genito filio dei poteſt per equalitatem aſſi=
milari. quoniam ille in omnibus ad perfe=
ctionem ꝑtinentibus in infinitū excellētior
eſt vniuerſis.

¶ Vere nullus equabitur dn̄o quoniam
ipſe eſt deus Qui cum patre et ſpū ſancto
glorificatur a ſanctorum angeloꝝ
collegio magnus potentia. cuius magni
tudinis non eſt finis terribilis. id eſt. me
tuendus propter iudicium quod facturus
eſt. ipſe dico exiſtens. ſuper omnes qui
in circuitu eius ei aſſiſtunt excellus
et reuerendus ꝑ quem oēs cognoſcūt eē glo=
rioſi. vnde ſequitur.

¶ Domine deus virtutum celeſtiū
quis ſimilis tui nullus vtiqꝫ tu enī po
tens es ex te ſolo. nec aliquis habet potē=
tiam niſi per te et claritas tue lucis ex=
panſa eſt ſuper omnes qui in circuitu
tuo ſunt qui omnes tua veritate illumi=
nantur.

¶ Vere tu potens es. quia Tu domina
ris poteſtati maris et cetera non tantū
ad litteram. ſed etiam dominaris poteſta=
tibus ſeculi quod dr̄ mare. et procellas
ſeditionum et perſecutionum quibus
ſeuiunt in ſeruos tuos tu mitigas ne tā=
tum poſſint graſſari quantū volunt. licꝫ nō
prorſus ſemper auferas. ſed relinquas ꝓ
parte ad ſeruoꝝ probationem.

¶ In h̄ etiam apparet tua potentia deus ꝙ
Humiliaſti deieciſti de celo in hanc aeris
denſiſſimam graſſitatem diabolum qui
ſingulariter ſuperbus eſt ſicut vulnera=
tum. vulneratus quidem fuit quādo ſplē
dore dignitatis qua prius nituit priuatus

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

de celo corruit et hoc in brachio virtu-
tis tue in quo diſperſi ſunt iudei ī om
nes gentes.

¶ Bene autem hec omnia facere potuiſti
quoniam.

¶ Tui ſunt celi et tua eſt terra vni-
uerſa. orbem terre et plenitudinem
eius tu fundaſti. aquilonem et mare
tu creaſti. per aquilonem qui frigidꝰ ven
tus eſt intelligitur dyabolus qui dixit. po-
nam ſedem meam ab aquilone et ero ſimi
lis altiſſimo. et per mare iniquas poteſta-
tes que ꝯtra dn̄i mandata ſacrilegis volū-
tatibus eriguntur.

¶ Et quia ita potēs es Thabor et her-
mon qui ſunt montes ſyrie. id eſt. duo po
puli deſignati per eos ſcilicet populus iu-
deorum. ad quos primo venit lumen diui
ne cognitionis. quod interpretatur thabor
et populus gentiū qui primo erant in ana
themate. quod interpretatur hermon. erāt
alieni et ſeparati a te conuerſi ad te exulta
bunt in nomine tuo gaudentes ꝙ ab
eo dicuntur chriſtiani. quia tuum bra-
chiū q̄ humiliaſti ſuperbū. cū potentia
ſemper eſt et erit.

¶ Quare oro Firmetur manus tua
contra ſuperbos et exaltetur dextera
maieſtatis tue ad humiliandum eos. ⁊
commendans xp̄um a iuſticia dicit ſedes
tua apparebit in iudicio parata ad faciē
dum iuſticiam et iudicium ad iuſte iu
dicandum cū manifeſte ſeparabunt oues
ab hedis

¶ Verūtamen antequā facias iudicium.
Precedent faciem tuam miſericor
dia qua deles peccata. et veritas qua im
ples promiſſa beatus populꝰ qui om-
nem immenſam leticiam ſuā non
in propriis viribꝰ ſed in dei cogno-
ſcitur poſuiſſe virtute.

¶ Bene beatus eſt quoniam tales ambu
labunt In illuminatione filii tui qui
tuus dicitur vultus. quia per eum ipſe co-
gnoſceris. et exultabunt aſſidue chri-
ſtiano nomīe exaltabuntur in tua iu-
ſticia. quoniam obtinebunt regnum cele-
ſte per iuſticiam quam tu eis dediſti.

¶ Bene dicitur in iuſticia tua exaltabunt
Quoniam gloria virtutis eorū tu
es. id eſt. tibi non ſibi virtutem ſuam aſcri-
bunt et te inde reputant glorioſum vnde ti
bi dicunt in beneplacito filio tuo ſup
quem bene tibi complacuit. exaltabitur.
id eſt. excreſcet fortitudo et virtus no
ſtra.

¶ Et hoc ideo. quia Dominus aſſum
pſit carnem noſtram dominꝰ ſcȝ qui
ſanctificator eſt iſrael et rex noſter
in eternum.

¶ Unde ſcis hec predicta. quia
Tunc temporis aſſumpte carnis
locutus es per reuelationē ſanctis
tuis ſicut zacharie et ſimeoni et anne pro-
phetiſſe conſolationem iſrahel et dixiſti
poſui adiutorium hominum ſuper fi
lium potentem cuius potentia eſt inſu-
perabilis quem tuis fidelibus adiutorium
cōſtituiſti et ipſum natū de plebe mea
iudaica exaltaui vſqȝ ad dexteram meā
ſublimando.

¶ Dixiſti etiam hoc Inueni elegi chri
ſtum de ſemine Dauid natum manu
fortem ſeruum obedientem in quo ſalu-
tem humani generis perficerem. et ideo
oleo ſancto. id eſt. ſpiritu ſancto vnxi
eum.

¶ Ideo potens. quia Verbum diuinū
humanitati vnitum auxiliabitur et
conſolabitur Chriſto homini in om
nibus operibus ſuis et paſſionibꝰ et ideȝ
verbum confirmabit eum cōtra ad-
uerſa vt quam pro ſalute mundi prius re-
demptor ſuſceperat. propoſitam perageret
paſſionem.

¶ Quouſqȝ confirmabit. ꝙ Nihil profi
ciet dyabolus proteruus humanitatis
inimicus contra eum. et filius ini-
quitatis Iudas ſcilicet nō valebit no
cere ei quia licet iudas nocere ei preſum-
pſerit. nullus tamen eorum peccatū quod
iuſte accuſare potuiſſent inuenit in eo

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Et ideo
Concidam a facie ipſius inimi-
cos eius ſcilicet iudeos qui ſepe a domi-
no confuſi diſcedebant a conſpectu dei. et
dyabolos odientes eum in fugaz cõ-
uertam qui coram eo ſepe fugiebant cla-
mantes cur veniſti ante tempus torquere
nos.
Et veritas mea et miſericordia
mea cum ipſo nihil enim diuiſum eſt in
ter patrez et filium. virtutes enim quas ha
bet pater habet et filius. Ueritas enim per-
tinet ad iudiciũ. quo iudicaturus eſt mun
dum. miſericordia ad pietatem qua pec-
cata dimitit et in nomie meo. quod
eſt deus exaltabitur fortitudo eius
Et ponam in gentibus que ꝑ ma-
re ſignificantur poteſtatem et domi-
nationem eius. in vniuerſo orbe dilata
bo et in principibus quorum cura flu
it in populum ſicut flumina in mare potẽ
tiã eius quod tunc poſuit quando ei plu-
res ꝑncipes terre reges et imperatores per
fidem ſubdidit.
Et hoc ideo. quia
Ipſe inuocauit me dicens. pater
meus es tu. ſm ꝙ deus et deus meꝰ
ſm ꝙ homo. et ſuſceptor mei ad ſalu-
tem.
Ipſe inuocauit me pater meus
es tu. et ego primogenitum conſti-
tuam illum. excelſum pre regibus
terre. quia ipſe rex regum et dominꝰ do-
minantium.
Quia poteſtas data chriſto non eſt tẽ-
poralis ſubdit.
In eternum ſeruabo illi miſeri-
cordiam meam gratiam meam nihil
reuocando ex his que dedi illi. et fideliter
adimplebo in eo cuncta que illi pro
miſi.
Et ponam in ſeculũ ſeculi ſemen
eius ſpirituale. populum ſcꝫ chriſtianum
qui illum imitatur qui ſemper durabit et
thronum. id eſt. poteſtatem iudiciariam
ſicut dies celi. id eſt. perpetuam ⁊ imor-
talem.
Et hoc dicit Si autem illi qui debent
eſſe filij eius. id eſt. chriſti dereliquerint.
id eſt. nulla ratione voluerint ſuſcipere le-
gem meam. et ſi illi qui debent eſſe filij non
ambulauerint in vijs meis.
Si iuſticias meas prophanaue-
rint aliquo errore aut mendacio. et man
data mea nõ cuſtodierint.
Non exterminabo eos totaliter vtendo
auſteritate iudicis. ſed Uiſitabo in vir-
ga aliqua afflictione temporali zelo pater
ne correctionis iniquitates eorum.
et in verberibus peccata eorum.
vt corrigam et erudiam vt conuertan-
tur.
Miſericordiam autem meã non
diſpergam ab eo. ſcilicet chriſto nec mẽ
bris eius. peniteant peccatores et nullꝰ de-
ſperet. nec nocebo in veritate mea. qꝛ
nolo mortem peccatoris. ſed vt conuerta-
tur et viuat.
Non nocebo nec etiam prophana-
bo non violabo pactum meum quod pe-
pigi cum patribus antiquis. nec promiſſi-
ones meas ſꝫ rerum fides honorabiles fa-
ciaz et que locutus ſum per prophe
tas meos qui ſunt labia mea nõ faciaz
irrita. ſed implebo.
Non faciam irrita que locutus ſum.
quoniam
Immutabiliter iuraui in me ſan
cto et non mentiar Chriſto eius
populus chriſtianus in eternum
manebit.
Et thronus eiꝰ. i. populus fidelis in
q̄ inſidet quieſcit ⁊ iudicat quantũ ad aias
erit. ſicut ſol ⁊ quantum ad corpora poſt
reſurrectionem erit ſicut luna perfecta
tota lucida nullã obſcuritatem habẽs. ⁊ hu
ius glorie ſanctorũ teſtis fidelis eſt ipſe
xp̄us in celo. cuius caro reſurrexit glorio
ſa. cuius glorie claritati conformes futuri
ſunt omnes ſancti.
Uox apoſtolorum ad patrem quaſi ex-
probrantium ei.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

¶ Tu qui ꝑmittebas et confirmabas iu-
ramento que promiſiſti iſta feciſti. quid ē
hoc. iuraſti ſemen chriſti in eternum dura-
turum et nunc repuliſti. id eſt. videris re
puliſſe vſq; ad patibulum chriſtum tuū
et deſpectum dediſti et diſtuliſti eū
a gloria tradēdo inimicis. et ſic videtur qđ
ꝑmiſiſti nō ſit in illo implendū

¶ Auertiſti. i. videris auertiſſe pactum
ſerui tui per quod promiſeras nos ſecū
regnare prophanaſſe etiam videris
ſanctuarium tuum promiſeras ei qꝛ nō
dares ſanctū tuū videre corruptionē ⁊ iam
ſepulcro tegitur.

¶ Deſtruxiſſe etiam videris omēs
ſepes eius verba legis et prophetarū qui
bus muniteras eum poſuiſti nos. apl'os
q̄ cum eo ambulabamus cum doceret tur
bas formidinē ita vt in ſua captione ſuf
geremus ab eo.

Diripuerunt eum omnes trāſeun-
tes viam. factus eſt opprobrium vi
cinis ſuis. iudeis ac ꝑncipibus ſacerdo-
tum qui dicebant vah qui deſtruis tēplū
domini. ⁊c.

¶ Exaltaſti dexteram potentiam
deprimentium eum et in hac letifica
ſti omnes inimicos eius et membro-
rum eius.

¶ Auertiſſe etiam videris adiutori
um gladij ſpiritus eius quia non pro-
fecit in iudeis ſermo predicatōnis eius et
non es ei auxiliatus in cōflictu paſ
ſionis.

Deſtruxiſti eū ab emūdatiōe qꝛ vide
tur nihil profuiſſe paſſio eius. Unde ꝓpter
iſta multi nō receperunt fidem ei⁹. ⁊ aliqui
a fide recepta ceciderūt. qua tñ purificātur
et emundant corda credentium et illos ī
quib' ipſe chriſtus ſedere et quieſce
re videbatur colliſiſti ad terram in obi
tu eius.

Minoraſti dies tēporis ei⁹. qꝛ cito d
vita abſtuliſti. et perfudiſti eū confu-
ſione mortis.

¶ Vox eccleſie ſuccedentis apoſtolis

¶ Uſquequo domine auertis oclos
tuos a ſalute xp̄i. nūqđ vſq; in finem et
exardeſcet ſicut ignis ira tua. nō dn̄e
ſed pot⁹ memorare q' nulla eſt vite
mee ſubſtantia niſi in eū quē preſtolor
reuerti de morte. nunquid vane. id ē. fru
ſtra cōſtituiſti filios hominū. certe nō.
ſed in ſpe reſurrectionis et ſupne beatitudi
nis collocaſti. quanto ergo magis filiū tuū
reſuſcitare debes.

¶ Ideo dico tibi memorare quoniam ali
us non eſt qui adiuuare poſſet. nam

¶ Quis eſt homo qui viuit et non
experietur mortem. et eruet animā
ſuam de poteſtate inferi. certe nemo
niſi ille ſolus qui habet vite mortiſq; impe
rium.

¶ Propterea. Ubi ſunt miſcđie tue
antique domine patrib⁹ olim facte. mi-
ſericordie dico cōplende ſicut iuraſti da
uid in veritate tua. ſicut qꝛ ſemen eius
in eternum manebit ſi chriſtus non reſu-
ſcitatur.

¶ Non differas ergo domine reſurrectio
nem Chriſti.

¶ Memor eſto opprobrij illati ſer
uis tuis ab infidelib⁹ multarum gentiū
exprobrantibus qꝛ in mortuum hominem
et crucifixum crederent quod continui
patienter in mente mea ſine murmura
tione.

¶ Opprobrij Quod exprobrauerunt
tibi inimici tui ſcilꝫ iudei et pagani. me-
mor eſto ad hoc qꝛ impunitum nō derelinq̄s
hoc exprobrauerūt q' imputabant
fidelib' tuis cōmutationem chriſti
ſcꝫ qꝛ hoīes ſolū adorabāt hoīem crucifixū
et hoīem q̄ omino periſſet.

¶ Sed propheta inq̄t. exprobratio iſta tē-
poralis eſt. et hominū inſipientiū. ſed Do-
minus eſt in eternū benedictus qđ
omnes ſancti clamant et ꝯfirmant dicētes.
amen amen.

¶ Pſalmus. LXXXIX. in quo
monet ad contemptū veteris
et ad amorem noue vite.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf